





1685.

1. Bergerus, Joh. Mauricius: De differentiis juris perso-
narum et rerum itaque in re et ad rem.
2. Bergerus, Johannes Mauricius: De usuris
3. Bergerus, Jo. Mauricius: Testimonia et prooem. Testit-
enunciations atque iudiciales
- 39 Brenzel, Joh. Caspar: De dispensatione
4. Dornatus, Christianus: De veterum aegyptiorum.
5. ⁵⁶Heberus, Georgius Michael: De possessione. 1 exempl.
7. Heinccius, Constantinus: De societatis civilis origine.
8. Hirschmaierus, Georgius Caspar: De republica ordinanda.
9. Keipperwein, Verkon-Gott: Ritus religiosus sacer
et profanus
10. Lysenus, Wilhelmus: De moribus, qui legem iustitiam
sunt, seu consuetudine.



- 10^a = Magerus, Jo. Fridricus: Utinam pontifex Romanus
 summam potestatem habeat convocandi concilia
 ecclesiastica . . . ? Pa. 1713.
- 10^b = Neumann, Jo. Georg: De retractioibus ereditorum
11. Schurzfleischerus, Amarus Samuel: De potestati huma-
 nitate Graecorum.
- 12^a = Schurzfleischerus, Amarus Samuel: De ordine, qui dicitur
 ius oniferorum 2 Buefl. 1685-1698.
- 13^a = Strauss, Gorpers: De investitura abusiva.
- 14^a = Strauss, Gorpers: Exercitatio XII ad lib I tit 25 de
 curatibus, lit. 24 de satisfactione Interim necesse est
 sum. 2 Buefl.
- 15^a = Strauss, Gorpers: De resum furtivarum et vt pos-
 sessarum usucapione
- 15^b = Tengelinus, Wilhelmus Ernestus: De ritu lectionum
 sacrorum.

16^{a, b, c} Zieglerus, Corpus : de honore clericorum
3 Exempl. 1685 et. 1754



14^{te} Augustus, 1799. In der Nacht vom 14^{ten} zum 15^{ten} August 1799
wurde in der Gegend von ...
...
15^{te} Augustus, 1799. In der Nacht vom 15^{ten} zum 16^{ten} August 1799
wurde in der Gegend von ...
...
16^{te} Augustus, 1799. In der Nacht vom 16^{ten} zum 17^{ten} August 1799
wurde in der Gegend von ...
...
17^{te} Augustus, 1799. In der Nacht vom 17^{ten} zum 18^{ten} August 1799
wurde in der Gegend von ...
...
18^{te} Augustus, 1799. In der Nacht vom 18^{ten} zum 19^{ten} August 1799
wurde in der Gegend von ...
...
19^{te} Augustus, 1799. In der Nacht vom 19^{ten} zum 20^{ten} August 1799
wurde in der Gegend von ...
...
20^{te} Augustus, 1799. In der Nacht vom 20^{ten} zum 21^{ten} August 1799
wurde in der Gegend von ...
...
21^{te} Augustus, 1799. In der Nacht vom 21^{ten} zum 22^{ten} August 1799
wurde in der Gegend von ...
...
22^{te} Augustus, 1799. In der Nacht vom 22^{ten} zum 23^{ten} August 1799
wurde in der Gegend von ...
...
23^{te} Augustus, 1799. In der Nacht vom 23^{ten} zum 24^{ten} August 1799
wurde in der Gegend von ...
...
24^{te} Augustus, 1799. In der Nacht vom 24^{ten} zum 25^{ten} August 1799
wurde in der Gegend von ...
...
25^{te} Augustus, 1799. In der Nacht vom 25^{ten} zum 26^{ten} August 1799
wurde in der Gegend von ...
...
26^{te} Augustus, 1799. In der Nacht vom 26^{ten} zum 27^{ten} August 1799
wurde in der Gegend von ...
...
27^{te} Augustus, 1799. In der Nacht vom 27^{ten} zum 28^{ten} August 1799
wurde in der Gegend von ...
...
28^{te} Augustus, 1799. In der Nacht vom 28^{ten} zum 29^{ten} August 1799
wurde in der Gegend von ...
...
29^{te} Augustus, 1799. In der Nacht vom 29^{ten} zum 30^{ten} August 1799
wurde in der Gegend von ...
...
30^{te} Augustus, 1799. In der Nacht vom 30^{ten} zum 31^{ten} August 1799
wurde in der Gegend von ...
...







DIFFERENTIAS

JURIS

PERSONARUM ET RERUM

IN SE AD REM,

PRÆSIDE

JOH. HENRICO BERGERO,

J. U. D. & P.

AD D. XIII. AUG. MDCLXXV.

Solemniter

III

GWILHELMUS FRIEDRICH SCHNEIDER,

PRÆF. PUBL.

—————

—————

—————

—————



Wagner, d'ffter. Jhr. personarum et rerum.



10
AUSPICE DEO
DISSERTATIONEM JURIDICAM, 9.

De

P. 9. 6
1685-5
110-4-1
110-4-1
POSSESSIONE

Consensu Magnifici Jctorum
Wittenbergensium Ordinis

PRÆSIDE

DN. GEORGIO MICHAELE
HEBERO,

J.U.D. & Profess. Pandect. Publ. longe celeberrimò,
ut & Curiae Electoralis, Scabinatus, & facultatis Jurid.
Assessore Gravissimò.

Patrono suo ac Præceptore observan-
tissimè colendo

publicæ disquisitioni subjeit

AUTOR

Hans Haubold Stiehl/

In Auditorio Jctorum

Ad diem 21. Octobris anno 1685.



WITTENBERGÆ

170 Imprimebat JOHANNES WILKE, Typogr.



SERENISSIMO CELSISSIMOq;
PRINCIPI ac DOMINO,

DOMINO

JOHANNI
GEORG: IV,

DUCI SAXONIÆ, JULIÆ, CLIVIÆ
ac Montium Electoratus Heredi, Landgravio
Thuringiæ, Marchioni Misniæ & utriusq; Lusatia,
Burggravio Magdeburgensi, Principali Dignitate
Comiti Hennebergensi, Comiti in Marca,
Ravensberg / ac Barby / Dynastæ in
Ravensstein.

Domino suo Clementissimo

Hanc dissertationem in æternæ de-
votionis pietatisq; testimonium

dat, dicat consecrat

Autor

Hans Haubold Stiehl.



I. N. I.

PROOEMIUM

Quam consuetudinem illi non ultimi
nominis *J*cti tanquam legem serua-
verunt, ut facesere juberent questio-
nes, quas neq³ scire compendium, neq³
ignorare detrimentum ullum est, eandem *E* mibi
visum est persequi, cum *A*ristone *C*hio existimanti
similes eas esse araneorum telis, plurimum qui-
dem artificii; sed minimum utilitatis habentibus.
*A*tq³ inde factum est, ut ex uberrimo, fertiliq³ juris
campo hanc potissimum *P*ossessionis selegerim
materiam, eò quod utilitate se sua ipsa potentissime
tueatur; *E*t in ejus cognitione haud leve positum
sit momentum. *P*rogridior itaq³ ad thema pro-
positum auxiliò ejus, in cujus nomine ad omnes a-
ctus semper progrediendum est, l. 2. C. de off. Præf.
*P*rætor. Affr. qui omnia possidet, *E*t per quem cor-
poris, animaque bona ad ejus voluntatem pos-
sidemus.

A 2

CAP. I.

CAPUT. I.

Definitionem, & divisionem
possessionis continens.

§. I.

Sicuti nostris ex Stoicorum scholâ solenne est nomina cautius pernovisse rerum, quibus operam daturi erant, *arg. l. 1. de J. & J.* Ita & nos eos secuti, possessionem appellatam asserimus à sedibus quasi positionem sedium, quia, uti Paulus ait in *l. 1. pr. de Acq. poss.* Possessio naturaliter retinetur ab eò, qui ei insistit: quam Græci κατοχήν dicunt.

§. II.

Diversa est hujus vocabuli acceptio. Sumitur enim vel improprie, modò pro ipsò dominiò, per metonymiam causæ. Dominia enim rerum à possessione inceperunt, attestante Nervâ filiò in *l. 1. §. 1. b. t.* modò pro re immobili possessa *l. pen. de alien. jud. mut. caus. fact. l. 12. pr. de instrum. legat.* modò pro quasi possessione rei incorporalis. *l. 10. si servit. vind.* Vel proprie pro detentione rei quæ est vel nuda, *l. 1. §. 5. l. 24. l. 49. de acq. poss.* vel qualificata, seu cum animò sibi habendi conjuncta.

§. III.

Quoad posteriorem possessionis significatum DD. varias, diversasquè excogitarunt definitiones, quarum tamen plurimæ, testante Schneidevwind, difficultatem pariunt, & impugnari possunt. *ad §. 5. J. de interd. n. 7.* Nos eam describimus esse facultatem detinendi rem, cum affectione, & animò sibi habendi conjunctam *l. 3. §. 3. l. 41. l. 46. de acq. poss.*

§. IV.

§. IV.

Cùm veræ divisiones generis in species hic non dentur, & unum sit possidendi genus *l. 3. §. 21. de acq. poss.* sufficiet distinctiones nominis in sua significata in hac materiâ occurrentes hic annotâsse, teste *Wolfgangò Vollrath ad tit. ff. de acq. poss. n. 12. lit. (k)* Dividimus igitur, possessionem (1) in rerum corporalium propriè dictam *l. 32. §. 1. de Serv. Prad. urb. l. 4. §. 27. de Usurp. & Usuc.* & Analogicam, seu impropriè talem *l. 9. de heredit. petit. l. fin. in fin. si pars heredit. pet. rerum incorporalium l. 10. si servit. vindic* (2) in Bonæ Fidei, quando quis opinatur suam rem esse, & malæ fidei quando quis scit, rem esse alienam *l. 3. §. 27. de Acq. poss.* (3) in Justam, seu legitimâ quæ ex justâ causâ est acquisita, & Injustam seu Non-legitimam quam ex injusto titulò apprehendimus, qualis est possessio precaria, item violenta, & clandestina. (4) in Naturalem, & Civilem *l. 1. C. b.* Naturalem possessionem habere dicimur, quando factò, & corpore eam, cooperante legis dispositione, apprehendimus, nihilquè aliud est, si in latâ eam accipimus significatione, quàm sola detentio *l. 2. §. 1. pro hered. l. 7. §. 11. Comm. divid. l. 38. §. 7. de V. O.* Talem habet Vasallus ratione feudi, item quilibet usufructuarius, Emphyteuta *l. 15. §. 1. Qui satisd. cog.* precariò possidens, occupans bona absentis, Sequester *l. 17. §. 1. Deposit.* Civilem verò appellamus, quæ jure Civili firmata est, consistens non tantùm in factò, sed etiam in jure, quando scilicet animò possidemus, seu possessionem retinemus sine corporali rei insistentiâ *l. 10. C. de acq. poss.* Qualem habet Dominus feudi, & Emphyteuseos, precariò concedens, & absens.



CAPUT II.

Possessionis subjectum & ob- jectum tradens.

§. I.

Acquiritur possessio ab iis, qui lege nō impediuntur, sic à possessione non prohibetur Furiosus & mente captus, quando curatoris autoritas intervenit *l. 1. §. 3. de Acq. poss.* nec Infans accedente tutoris autoritate *l. 1. §. 3. d. t.* Imò utilitatis causâ benignè receptum est, Infantem, de quò tamen olim dubitabatur, etiam sine Tutore posse acquirere possessionem non solùm per servum *l. 32. §. ult. de Acq. poss.* sed etiam per semet ipsum *l. 3. C. eod. scil.* in causâ donationis; ne donatio careat effectu, quæ ante Justiniani constitutionem (*l. 35. C. de donat.*) absque stipulatione si facta esset, traditionem requirebat. *Pac. cent. VI. qv. 96.* Pupilli infantiâ majores sine tutore quoque possident *l. 1. §. 3. de acq. poss.*

§. II.

Quin & per alium possidere nos posse, nemo infitiabitur, modò talis fit, ut habeat possidendi intellectum *l. 1. §. 11. d. t.* sic rectè possessionem nobis acquirunt homines liberi, quos bona fide possidemus *l. 49. pr. d. t.* Non obst. *l. 23. §. fin. eod.* quia hoc casu ministerium nobis tantum præstant administratores, *l. 15. ff. de pec. constit.* item Servi alieni, sive à nobis, sive à nemine possideantur. *l. 34. §. ult. eod.* Quod ad
Mona-

Monachos quoque accommodari potest, secundum tradita Schneidevini *c. l. n. 140.* quod Monasterio acquirunt ratione monastica potestatis, quam habet Monasterium, vel Abbas in Monachos. *c. bona. X. de Appellat.* Procurator, Tutor, & Curator *l. 1 §. 20. de acq. poss.* Negotiorum gestor, dummodo ratum habeamus *l. 42. §. 1. d. t. l. 24. de negot. gest.*

§. III.

Non autem possident, qui jure familiaritatis amici fundum ingrediuntur; quia non eò animò ingressi sunt, ut possideant, licet corpore in fundò sint. *l. 41. ff. de acq. poss.* Nec ii, qui ipsi possidentur, ut servi. *l. 118. de R. J.* Nec denique ii, qui rei servandæ causâ, legatorum, damni infecti, & custodiæ gratiâ in possessione sunt, possident. *l. 10. §. 1. de acq. poss.*

§. IV.

Possideri possunt res omnes, quæ sunt in commercio hominum, sive sint corporales, *l. 3. pr. d. t.* sive in corporales, seu jura *l. fin. de servit. l. 6. §. 1. l. 8. §. 5. si serv. vindic. l. 2. com. prad. l. 4. uti possid.* Hoc tamen interest, ut illas propriè, has verò quasi possidere per usum & quandam juris interpretationem dicamur. His quoque accensetur possessio chirographorum, sive Nominum, seu jurium, de quibus chirographa sunt exposita *Vid. Carpz. 1. resp. Elect. 4.* sive mobiles, sive immobiles *l. 13. de acq. poss.*

§. V.

Quæ cum ita sint, non possideri posse, statuendum est res sacras, & religiosas, item hominem liberum, quia extra
com-

commercium sunt, utcumque aut religionem, aut libertatem
aut aliud jus quis contempserit. *l. 30. §. 1. de acq. poss. nonnun-*
quam tamen illæ ab ignorantibus esse res tales, ac si commer-
cio subjectæ essent, ex errore possidentur. V. g. si liber homo
pro servô, res sacra, seu religiosa pro profanâ habeatur §. 4.
J. per quas pers. cuique & c. l. 1. §. 6. l. 4. de acq. poss. l. 10. pr. §.
4. l. 54 §. fin. de A. R. D.

§. VI.

Cæterùm antequàm ulteriùs progrediamur, brevibus
dicendum erit, res quasdam civiliter, animò scilicet domini,
possideri, quasdam civiliter & naturaliter, animò scil. & cor-
pore simul, quasdam autem solùm naturaliter seu factò, &
corpore.

§. VII.

Necesse verò est ad acquirendam rei possessionem, ut
res (1) sit certa *l. 3. §. 2. l. 26. de Acq. poss. l. 32. §. 2. de Usurp.*
add. l. 74. de V. O. (2) ut sit vacua ab alterius possessione. Est
autem res vacua (a) vel ante apprehensionem, v. g. res com-
munis, quam occupandò nanciscimur, item illa, cujus posses-
sio vel domini negligentia, vel illius morte nullò successore
relictò, vel etiam longâ absentia vacat *l. 37. §. 1. de Usurp.* (b)
vel vacua fit in ipsâ apprehensione; v. g. quando possidens
apprehendenti tradit, vel apprehendens possidentem deji-
cit, cum totâ autem familia deijcere opus est. *Vid. Cas. Barz.*
decis. 40. n. 22. (c) vel demum post apprehensionem, ut, cum
animò possidens resciverit vacuam possessionem per corpo-
ralem possessionem à prædone esse occupatam, & possiden-
di ani-

di animam negligit, vel ideò, quòd non admissus est, aut quòd majorem vim extimescit. Primò & secundò modò ab apprehendente statim acquiritur possessio, tertio verò rùm demum, & ex illo tempore, cum res facta est vacua, amissò à veteri possessore animò possidendi. *l. 7. de acq. poss. Add. Brunnner. disput. de jur. poss. tb. II. in fin.*

§. VIII.

Possidetur vel tota res, vel pars totius. Id autem, quod constituit totum corpus, vel unitum est naturà, i. e. quod unò spiritu constat e.g. homo, tignum, lapis et c. *l. 30. de Usurp.* vel conjunctum humanà industrià, quod scilicet ex pluribus contingentibus partibus constat, ut ædes, navis, &c. vel denique disjunctum, seu collectum est, constans quippe ex disjunctis partibus uni nomini subjectis, ut populus, grex &c. Illud totum possidetur; Istud non per partes, sed ut cohæret, ac totum constituit, possidetur, atque acquiritur *l. 30. pr. (ubi §. 1. aliud de gemmâ in anulo asseritur) l. 23. pr. §. 2. de usurp. l. 2. §. 6. pro empt. l. 8. quod vi, aut clam. l. 23. §. fin. de R. V. l. 7. §. 11. de A. R. D.* In hoc totò singulæ res possidentur *d. l. 30. §. 2. de Usurp.* Pars autem rectè possideri dicitur, sive illa sit pro divisò, scil. talis, in quam totum reverà divisum est *l. 6. §. 1. Com. pred.* sive quæ pro indivisò dicitur, in quam videlicet totum non realiter, sed mentaliter, seu ratione intellectus in quotas certas distinguitur, ut servus communis *l. 5. de Strip. serv. l. 25. §. 1. de V. S.* Partis verò incertæ non quidem ratione loci, sed ratione quotæ nulla est possessio propter rerum subtilitatem, quæ inest, *l. 32. §. 2. de Usur. l. 26. in fin. de acq. poss.*

B

CAP.

CAPUT III.

Formam Possessionis exponens.

§. I.

Aliò modò possessio *acquiritur*, aliò *acquisita constituitur*; aliò deinceps constituta *retinetur*. *Acquirenda possessionis* forma consistit, in apprehensione rei possidendæ, eò animò factà, ut apprehendens detineat in posterum animò sibi habendi, i. e. *dominii acquirendi*, vel alterius cujusdam juris.

§. II.

Talis acquisitio fit & Corpore, & animò simul *l. g. de Acq. poss. l. 153. in fin. de R. J.* Ratio ejus hæc est, quia possessio est apprehensio quædam rei corporalis, ad quam requiritur & corpus & animus, h. e. voluntas & affectio. Demonstrandum autem hac occasione incumbere nobis videtur, quid per corpus intelligatur, quidve per animum? Notum enim est, interdum efferi corpus per vocabulum *oculorum*, ut in *l. 1. §. 21. de acq. poss.* aliquando per verbum *facti l. 1. §. 15. si is, qui testam. liber esse iussus erit post mortem &c.* aliquando per *naturalem possessionem l. 3. §. 3. de Acq. poss.* Simili ratione *Animus* diversis denominationibus indigitatur, modò namque appellatur *intellectus l. 1. §. 3. ead. modo propositum l. 46. eod. mens,*
&

& cogitatio l. 3. §. 1. d. t. Voluntas l. 2. §. 12. pro empt. judi-
cium, l. 32. §. 2. de Acq. poss. Affectio possessionis l. 3. §.
6. eod.

§. III.

Hinc talis concipitur regula : Qui animum non
habent, possidere nequeunt. Ita furiosus, & infans abs-
que Tutoris autoritate nequit possidere. Probatum autem
animus vel artificialiter præsumptionibus scil. & conje-
cturis, vel naturaliter v. g. Factis, verbis, & juramento.

§. IV.

Corpus quod spectat, regula est: Ad acquisitionem
totius fundi sufficere, si quædam tantummodò ejus pars
apprehendatur l. 3. §. 1. de Acq. poss. respectu namque par-
tium tunc ab aliis non occupatarum, totius apprehendisse
possessionem dicimur. Qua propter incidenter asserere
hic possumus: Principem per ingressum civitatis prin-
cipalis alicujus Provinciæ, apprehendendi causâ, possessio-
nem universalem, cum jurisdictionali apparatu, jam totius
Provinciæ possessionem acquirere videri. Vid. Petr. Sala-
sar, decis. 1. n. 9. lib. 2. Non enim necessitatis est, ut omnes
partes rerum integralium corpore circumambulemus.
Pari jure, si corpus constet ex partibus distantibus, uti
grex, satis est, unicam ejus partem apprehendisse, dummo-
dò cæteræ ante meum positæ sint conspectum, arg. l. 30. §.
2. de Usucap. Struv. Exerc. 42. tb. 16. cumquæ his rebus cor-
poralibus possidemus simul jura annexa.

§. V.]

In universum hic notetur, quòd etiam corpore alienò, & animò nostrò possumus acquirere possessionem *l. 3. §. 12. d. t. v. g. corpore servi, filii, item liberorum hominum, & servi alieni bonà fide possessi, item Procuratoris, Tutoris, & Curatoris l. 1. §. 20. eod.*

§. VI.

Constituta possessionis forma consistit in actu tenentis, quatenus rem tenet, animò sibi habendi. Nam possessor aut ipsò Corpore rei immobili insistit, mobilemquè comprehendit, & omnibus animi viribus eam sibi habere cupit, de quo dubium non est, quin ratione ejus constitutam possessionem habeat; aut rem semel acquisitam mente tantùm, non manibus etiam retinet; dummodò apta sit illa res, ut quotiescunque volumus à nobis queat teneri. Quò casu, licet fortè in nobis impedimentum aliquod talis apprehensionis existat, e. c. propter absentiam justam *l. 44. de acq. poss.* nihil tamen obstat, quò minus possessores ejus simus.

§. VII.

Peculiare est in servò fugitivò, qui possidetur, etsi in custodià sit alterius; Ratio est in *l. 13. pr. de acq. poss.* ne scilicet ipse nos privet possessione.

§. VIII.

§. VIII.

Retinenda tandem possessionis forma consistit in n continuatâ exercitiô detentionis, cum affectu sibi habendi. Ex quô oppidô fluit, quod retinere possessionem possimus non ipsi tantum; sed & alii nostrô nomine; iique vel in potestate nostrâ constituti, ut servi l. 31. §. 3. de Usucap. vel sui juris alii, quales sunt Coloni, Inquilini, & similes, d. l. 31. §. 3. d. t. Nam animô nostrô, Corpore etiam alienô possidemus l. 3. §. 12. de Acq. poss. Imò videmur interdum res quasdam alienô & animô, & corpore possidere, quando scilicet ignoramus, quid, quantumvè servi peculiariter (i. e. ratione peculii) paraverint, d. l. 3. §. 12. eod.

§. IX.

Continuare autem possessionis exercitium etiam is videtur, qui nec propriô, nec alienô corpore possidet. Quid enim si peregrè proficiscaris, animô relinqvendæ possessionis destitutus? l. 44. de acq. poss. Quid si prædiorum desertam possessionem, non derelinquendi affectione, non coluisti, sed metus necessitate culturam eorum distulisti? Sanè præjudiciū tibi ex transmissi temporis injuriâ generari non potest. l. 4. C. d. t.

§. X.

Neque minùs possessionem retinere intelligimus, si ii, per quos possidemus, moriantur nobis ignorantibus,

B 3

aut

aut furere incipiant, aut alii locent *l. 25. §. 1. l. 3. §. 8. eod.*
Quamdiu enim res mea ab alio non occupata est, aut si oc-
cupata est, ego id ignoro, aut spem habeo fore, ut brevi ex-
pellatur, constat me possidere, donec aut meâ voluntate
discessero, aut vi dejectus fuero. *d. l. 3. §. 9. d. t.*

§. XI.

Quæ hactenus diximus, obtinent tantum in rebus
immobilibus. At in Mobilibus diversum est, quarum
retentio difficilior quodammodo videtur. Nam si eas
ita perdiderimus, ut ignoremus, ubi sint, desinimus possi-
dere. *l. 25. pr. allegato titulò, licet à nullò possideantur.*
l. 3. §. 13. eod.

CAPUT IV.

Effectus possessionis enar-
rans.

§. I.

Effectus possessionis consistit partim in facultate in-
sistendi suæ rei, partim defendendæ eam ab aliorum
turbatione. Illi efficit (1) ut quilibet possessor, ne
exclusò quidem injustò, hoc ipsò quòd possessor est, plus
juris habeat, quam ille, qui non possidet *l. 2. ff. uti possid.*
etiam, ubi causa turpis est, *l. 8. de Condiçt. ob turpem caus.*
Veluti

Veluti si mulieri quid datum, ut copiam sui corporis faceret, cessat soluti repetitio, quia, ubi dantis & accipientis turpitudine versatur, melior causa est possidentis *c. ad au- res. 6. X. de prescript.* Illa enim turpiter quidem facit, quod sit meretrix, non tamen turpiter accipit, cum sit meretrix. *l. 4. §. 3. l. 3. de condict. ob turpem caus. l. 9. §. 4. de publ. in rem act.*

§. II.

(2) Efficit ea facultas ut possessor cogi ab eò, qui expetit, titulum suæ possessionis dicere, non possit, *l. 11. C. de her. petit.* Cujus ratio est in *l. 3. C. de testib.* quod nimis grave sit, urgeri partem diversam, i. e. Reum ad exhibitionem eorum, per quos sibi negotium fiat. *Conf. l. 4. C. de edendo. Pandrecht lib. 1. art. 6.* Fallit tamen id, si contra possessorem resistat originalis, & primitivus rei naturalis status, ut in feudalibus, Prædialibus & Regalibus fieri solet. Ideoque Vasallus Domino tenetur ostendere investituræ Instrumentum, & docere de titulò possessionis. *Vid. Rosenthal. de feudo cap. 8. conclus. 33. n. 6. & 7.*

§. III.

(3.) Ut præsumptionem pro se habeat ex possessione, ob quam relevatur ab onere probandi *l. 2. C. de probat.* Et si in communi judiciò, in quò scil. utraque personâ vices duorum habet, ambarum partium testes sunt æque idonei, possessoris testes præferuntur: cum promptiora sint jura ad absolvendum, quàm ad condemnan-
dum

dum; Nisi favorabilē causam (puta liberalem vel similem
foveat Actor. *c. ex literis. 3. X. de probat.* & facilius possi-
denti detur retentio, quàm non possidenti actio. *l. 1. ff. de
pign.* Hinc prudentissimè Gajus consuluit *in l. 24. de R.
V.* eum, qui destinavit rem petere, animadvertere debere,
an aliquò interdictò possit nancisci possessionem? quia
longè commodius sit, ipsum possidere, & adversarium ad
onera petitoris compellere, quàm aliò possidente petere,
Conf. l. 2. C. de probat.

§. IV.

Diversum tamen obtinet, si fortè vel præsumptio ju-
ris possessori resistat *c. cum contingat 29. de Decimis. c. ex in-
sinuatione 3. de procurat. c. Constitutis 46. de elect.* Tunc
enim possessor malà fide possidere præsumitur, quò onus
probandi adversario injungi nequit. *l. 7. §. ult. de lib. caus.*
Finge, Patrem & filium impuberem eòdem die peste ex-
tinctos esse, nec certò affirmari posse, quis eorum primus
obierit? Quæritur, utrum hoc casu probatio, Patrem an-
te filium impuberem decessisse, incumbat Actoribus, an
verò Reis, i. e. possessoribus hereditatum patris & filii im-
puberis? Et possessoribus ex dicta ratione probationem
injunxerunt Scabini Lipsiens. contra *l. 9. §. ult. l. 23. de
Reb. dub.* Quod videre est apud *Carpz. p. 1. c. 16.
d. 23. n. 8.*

§. V.

Alter effectus possessionis, quem diximus consistere in
facul-

facultate defendendi rem ab aliorum turbatione, absolvitur Interdictis quibusdam, quorum alia retinendæ possessionis gratia comparata sunt §. 4. *f. de Interd.* ut: Interdictum *Uti possidetis, & Utrubi.* Illud competit Possessori rei immobilis (vel etiam incorporalis, quæ pro re soli habetur *l. 8. §. 5. si serv. vind. l. fin. uti possid.*) adversus quòcunque modò turbantem *l. 3. §. 2. & 3. eod.* ad possessionem retinendam, defendendam, & conservandam *l. 1. §. 4. eod.* Hòc vis fieri rerum mobilium possessori à Præatore prohibetur ac ab Interdictò *uti possidetis* solò objectò differt.

§. VI.

Cæterùm Recuperandæ possessionis gratiâ datur Interdictum Unde vi. *l. 1. §. 24. de vi, & vi arm.* Undique enim jura conclamant, violenter dejectum & spoliatum ante omnia esse restituendum. Etiam si ipse fuerit malæ fidei possessor *l. 1. §. 30. ff. unde vi. c. ex literis X. de restit. Spol.* modò non sit Prædo manifestus, qui contra Dominum manifestum non restituitur. *l. 18. de vi, & vi arm.* Porrò injustè de possessione dejectus restituendus est, licet ipse Dominus dejecerit *l. 7. C. unde vi. l. i. §. 30. & 31. de vi, & vi arm.* & integrum possessori est, dejicientem in continentem rursus dejicere *l. 3. §. 9. eod.*

§. VII.

Tandem Bonæ fidei possessionis effectus peculiaris est Acquisitio fructuum, & Usucapio. Talis enim Possessor omnes fructus suos facit; quamdiu scil. in b. f. constitutus

C

stitutus

est. Habetur autem pro malæ fidei possessor, simulat-
que amiserit bonam fidem. Quam amittit non solum
tempore evictionis, & Litis Contestationis, sed etiam tum,
cum dubitare incipit, utrum res ad se pertineat? *l. 48. pr.
de A. R. D.* Non tamen omnes fructus lucratur b. f. pos-
sessor. Restituit enim (1) fructus pendentes, quoniam hi
pars fundi sunt. *l. 44. de R. V.* ideò cum totò fundò quoque
vindicanur *l. 113. de R. J.* (2) Merè naturales Extantes &
Perceptos. *l. 45. de Usuris. Struv. Ex. XI. tb. 21.* licet aliàs va-
riè de hòc textu sentiant Dd. uti pluribus videre est apud
Wurmser: qui undecim de eò opiniones enarrat, idemque
à nobis dissentit in *Nucl. Jur. Contr. contr. 16. Conf. Carpz.
p. 3. c. 32. d. 28. n. 4.* (3.) Industriales perceptos & extan-
tes *l. 22. C. de R. V.* Neque obstat *l. 28. pr. de Usur. §. 1. 4. §.
19. de Usucap.* Modò distingvatur inter fructus suos face-
re, ita, ut consumi possint, & inter fructus lucrari: Nam li-
cet b. f. possessor fructus suos fecerit, si tamen nondum
consumserit, restituere eos tenetur *l. 66. de R. V. l. 12. §. 2.
fam. herc. l. 29. §. 1. Qui, & à quibus manum*: Percipien-
dos autem & consumptos non restituit. *l. 62. de R. V. l. 4.
§. 19. de Usur.* quia ratione eorum habetur locò Domini *l.
48. pr. de A. R. D. l. 136. de R. J.* nisi in quantum locupletior
factus est (quæ locupletatio judicatur ex magnò lucrò)
cum iniquum sit, aliquem cum alterius detrimentò locu-
pletari *l. 14. de Cond. Indeb. Dissent. Schneidew. ad §. 35. J.
de R. D. n. 5.*

§. VIII.

Usucapiuntur autem fructus à bonæ fidei possessore
de J. C. intra triennium, de J. Sax. verò intra annum Saxo-
nicum

nicum *Landrecht lib. 1. art. 28. in pr.* Diversum tamen est
in fructibus ex hereditate vel aliò jure universalì percep-
tis, ubi mobilia immobilibus vel Juribus universalibus
commixta non nisi spatio 30. annorum cum annò & die J.
Sax præscribuntur. *Carpz. d.l. d. 29.*

CAPUT V.

Contraria seu modos, quibus possessio amittitur, ex- plicans.

§ I.

UT nulla possessio acquiri nisi animò & corpore po-
test: ita nulla amittitur, nisi in quà utrumque in
contrarium, actum est. *l. 153. d. R. 7. & l. 8. de acq.
poss.* Cui è diametrò opposita est. *l. 3. §. 6. ff. d. t. que posses-
sionem animò solò amitti posse asserit.* Ex quò magnus
exortus est Dd. conflictus, asserentibus aliis possessionem
solò animò non amitti, aliis id negantibus. Nos poste-
riori sententiæ subscribimus, addentes, dari quoque plures
modos possessionem amittendi.

§. II.

Amittitur enim, vel animò & corpore simul *d. l. 8. d.
2. vel animò solò. l. 17 §. 2. & 3. eod.* vel Interitu rei posses-

C 3

sa,

ſæ, finge, locum quendam flumen, aut mare occupaffe l. 3.
§. 17. *ibid.* Lapidem in Tiberim demerſos naufragio, & poſt
tempus extractos eſſe l. 13. *pr. d. r.* nos id, quod poſſidemus,
ita perdidiffe, ut ignoremus, ubi ſit. l. 25. *pr. eod.* Item rem
nobis ſubreptam eſſe. l. 15. *pr. l. 47. eod.* Nam ubi rei non
poſteſt naturaliter inſiſti, ibi amittitur poſſeſſio. *arg. l. 1. pr.
eod.* Vel Conſecratione loci poſſeſſi. l. 30. §. 1. *eod.* Vel Se-
queſtratione rei l. 39. *eod.* Vel Captivitate. Captus enim
ab hoſtibus per ſe neque poſſideri neque præſcribi poſteſt
l. 23. §. 1. *eod.* Vel violentâ deiectione l. 5. *de Uſuc.* Vel aliis
modis, quos prolixè tradunt Dd. & inter eos *Schneidew. ad
§. poſſidere de Interd. n. 164. ſeqq.*

§. III.

Paucis poſtremò videndum, utrum Poſſeſſio rectè in
numero Jurium in Re collocetur? Nos negantium ſenten-
tiam ſequimur, & Ulrici Huberi Jcti Friſii doctrinam pro-
bam9. Cùm enim jus Poſſeſſionis, quod à Poſſeſſione haud
differre opinamur, rem non afficiat neque devinctam te-
neat ubicunq; & penes quamcunq; perſonam ſit, ſed ubi
res erepta alicui eſt, conſeſtim pereat l. 15. *de Acq. poſſ. l. 5.
de Uſurpat.* Cùm ex jure poſſeſſionis nulla actio in rem
proficiſcatur, quâ res amiſſa, ſubreptavè à quovis poſſiden-
tereperatur l. 7. *C. unde vi.* Conſequeſt eſt, nec Jus Poſſeſ-
ſionis jus in re eſſe. Vid. Laudatum *Huber. lib. 4. digreſſ.
Juſtin. c. 10.* ubi ad contrarias rationes quoque ſolidè
reſpondet, quas in conflictu, ſi occaſio ita feret,
latiùs deducemus.



ULB Halle
003 919 919

3




Sb.

V077







Farbkarte #13

B.I.G.



DEO
 M JURIDICAM, 9.
 1685 5/6

SIONE

fici Jctorum
 m Ordinis

DE
 MICHAELE
 RO,
 ubl. longe celeberrimò,
 natus, & facultatis Jurid.
 viffimò.

ceptore observan-
 endo

oni subjicit

old Stiehl/
 ctorum
 anno 1685.

ERGÆ
 WILKE, Typogr.

